

FRIDERICI CAESARIS  
 CUM CASIMIRO REGE POLONIAE  
 CONFEDERATIO.

Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae & Rex ac Austriae, Styriae, Carinthiae, ac Carniola Ducis Dominus Marchiae Sclavoniae, & Portusnavis Comes in Italibus pueris, Virolis, Ferretis & in Aiburg, Marchis Burgoniae & Landgravius Alsaciae. Et CASIMIRUS, eadem favente Clementia Rex Poloniae, magnus Dux Lituaniae, Rutheniae, Prussiae, Dominus &c. Tenore praesentium recognoscimus pro nobis, liberis, et heredibus nostris, & notum facimus universis. Ad haec profecto, inter ceteras Christianorum curas & sollicitudines, quibus in hac lucubratione, & assidua mentis meditatione, pro subditorum commodis & quiete invigilare debent, praecipua versabitur intentio, & recte praesidentium solers studium et finis esse debet, ut Regi regnum, per quem regna subsistunt, & imperia vicissitudinem impendant, Christiani in nominis honorum exaltent, et populum sibi subditum in tranquillitate, & felicissimo pacis otio, dirigat ac gubernet, quae quae tunc efficacius et commodius effici poterunt, cum mundi principes concordiae studio, et unanimi consensu in una mentis intelligentiam conveniant, et indispolubili pacis fide, semotis discordiis debita vicissitudinis officio consentant. Haec eorum unita virtus, concordiae potentia, unanimi voto ac voluntate dirigatur. Per hoc eadem Christianorum Respublicae adhaerent, inimicorum crucis Christi repugnantur audacia, et subditorum res et incrementum in pacis dulcedine confortetur. His aliisque confederationibus moti Attendunt, & innuunt amorem benevolentiae et consanguinitatis vinculo, quo consurgimus, nec non nostrum, liberorumque et heredum nostrorum, honoris dignitatis, & status incrementum